

nostri Jesu Christi: sed et beati Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártýrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbi, Joánnis, Thomæ, Jacóbi, Philíppi, Bartholomæi, Matthæi, Simónis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysógoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, precibúsq;ue concédas, ut in ómnibus protectiónis tuæ muniámur auxilió. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

#### **HANC IGITUR FOR EASTER**

Hanc ígitur oblatiónem servitútis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tríbuens eis remissionem ómnium peccatórum, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab æténa damnatióne nos éripi, et in electorum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

#### **COMMUNION Matthew 28: 18-19**

Data est mihi omnis potéstas in cælo et in terra, allelúja: eúntes, docéte omnes gentes, baptizántes eos in nómine Patris, et Filii, et Spíritus Sancti, allelúja, allelúja.

#### **POSTCOMMUNION**

Réspice, quæsumus, Dómine, pópulum tuum: et, quem ætéris dignátus es renováre mystériis, a temporálibus culpis dignánter absólve. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

blessed Joseph, Spouse of the Virgin, of the blessed Apostles and martyrs, Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers, grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection Through the same Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Spirit, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation and rank us in the number of Thine Elect. Through Christ our Lord. Amen.

All power is given to me in heaven and in earth. Going therefore, teach ye all nations; baptizing them in the name of the Father, and of the Son, and of the Holy Ghost, alleluia, alleluia.

O Lord, we beseech Thee, behold Thy people, and as Thou hast decided to quicken them with the mysteries of eternity, mercifully free them from the temporal faults. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

## **MASS PROPER: EASTER FRIDAY**

MASS *Edúxit eos* (white)

#### **INTROIT Psalms 77: 53**

Edúxit eos Dóminus in spe, allelúja: et inimícos eórum opéruit mare, allelúja, allelúja. (Ps 77: 1) Attendite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Edúxit eos Dóminus in spe, allelúja: et inimícos eórum opéruit mare, allelúja, allelúja, allelúja.

#### **COLLECT**

Omnípotens sempitérne Deus, qui paschále sacraméntum in reconciliatiónis humanæ fœdere contulísti: da méntibus nostris; ut, quod professióne celebrámus, imitémur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

#### **EPISTLE 1 Peter 3: 18-22**

Caríssimi: Christus semel pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injústis, ut nos offérret Deo, mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu. In quo et his, qui in cárcere erant, spíritibus véniens prædicávit: qui incréduli fúerant aliquándo, quando exspectábant Dei patiéntiam in diébus Noë, cum fabricarétur arca, in qua pauci, id est octo ánimæ salvæ factæ sunt per aquam. Quod et vos nunc símilis formæ salvos facit baptísma: non carnis depositio sórdium, sed consciéntiæ bonæ interrogátio in Deum per resurrecciónem Jesu Christi, Dómini

The Lord brought them out in hope, alleluia, and the sea overwhelmed their enemies, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps 77: 1) Attend, O my people, to my law: incline your ears to the words of my mouth. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord brought them out in hope, alleluia, and the sea overwhelmed their enemies, alleluia, alleluia.

Almighty and eternal God, in the Easter sacrament Thou instituted the covenant, whereby Thou forgavest mankind; grant to our souls, that what we outwardly profess we may show forth in our deeds. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved: Because Christ died once for our sins, the just for the unjust: that he might offer us to God, being put to death indeed in the flesh, but enlivened in the spirit. In which also coming he preached to those spirits that were in prison: which had been some time incredulous, when they waited for the patience of God in the days of Noe, when the ark was building: wherein a few, that is, eight souls, were saved by water. Whereunto baptism being of the like form, now saveth you also: not the putting away of the filth of the flesh, but the examination of a good

nostri, qui est in dextera Dei.

**GRADUAL Psalms 117: 24, 26, 27**

Hæc dies, quam fecit Dóminus:  
exsultémus et lætémur in ea.  
Benedictus, qui venit in nómine  
Dómini: eus Dóminus, et illúxit nobis.  
Allelúja, allelúja. (Ps 95:10) Dícite in  
géntibus: quia Dóminus regnávít a  
ligno.

**SEQUENCE**

Victimæ pascháli laudes ímmolent  
Christiáni.  
Agnus redémit oves:  
Christus ínnocens Patri reconciliávit  
peccatóres.  
Mors et víta duéllo conflixére mirándo:

Dux vitæ mórtuus, regnat vivus.

Dic nobis, María, quid vidísti in via?

Sépúlchrum Christi vivéntis: et glóriam  
vidi resurgéntis,  
Angélicos testes, sudárium et vestes.

Surréxit Christus spes mea: præcédet  
vos in Galilæam.  
Scimus Christum surrexisse a mórtuis  
vere: tu nobis, victor Rex, miserére.  
Amen. Allelúja.

**GOSPEL Matthew 28: 16-20**

In illo témpore: Úndecim discipuli  
abiérunt in Galilæam, in montem, ubi  
constitúerat illis Jesus. Et vidéntes  
eum adoravérunt: quidam autem  
dubitavérunt. Et accédens Jesus  
locútus est eis, dicens: Data est mihi  
omnis potéstas in cælo et in terra.  
Eúntes ergo, docéte omnes gentes,  
baptizántes eos in nómine Patris, et  
Fílii, et Spíritus Sancti: docentes eos  
serváre ómnia, quæcúmque mandávi  
vobis. Et ecce, ego vobíscum sum

conscience towards God by the  
Resurrection of Jesus Christ, our Lord,  
Who is on the right hand of God.

This is the day which the Lord hath  
made: let us be glad and rejoice  
therein. Blessed be he that cometh in  
the name of the Lord. The Lord is  
God, and he hath shone upon us.  
Alleluia, alleluia. (Ps 95:10) Say ye  
among the Gentiles, the Lord hath  
reigned from a tree.

Christians! to the Paschal Victim offer  
your praises.

The Lamb the sheep redeemeth:  
Christ, sinless, reconcileth sinners to  
the Father.

Death and life contended in that  
conflict stupendous:

The Prince of Life, Who died, reigneth  
alive.

Speak to us, Mary, what thou sawest  
on your way?

"The tomb of Christ who now liveth:  
and likewise the glory of the Risen.

Angels attesting, the shroud and  
napkin resting.

Christ my hope is arisen: to Galilee He  
goeth before you."

We know that Christ is risen truly from  
the dead: have mercy on us, Thou  
Victor King. Amen. Alleluia.

At that time: the eleven disciples went  
into Galilee, unto the mountain where  
Jesus had appointed them. And  
seeing them they adored: but some  
doubted. And Jesus coming, spoke to  
them, saying: All power is given to me  
in heaven and in earth. Going  
therefore, teach ye all nations;  
baptizing them in the name of the  
Father, and of the Son, and of the  
Holy Ghost; teaching them to observe  
all things whatsoever I have

ómnibus diébus usque ad  
consummationem sæculi.

**OFFERTORY Exodus 12: 14**

Erit vobis hæc dies memoriális,  
allelúia: et diem festum celebrábitis  
sollémnem Dómino in progénies  
vestras: legítimum sempitérnum diem,  
allelúja, allelúja, allelúja.

**SECRET**

Hóstias, quæsumus, Dómine, placátus  
assúme: quas et pro renatórum  
expiatione peccáti deférimus, et pro  
acceleratióne cæléstis auxilií. Per  
Dóminum nostrum Jesum Christum,  
Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat  
in unitate Spíritus Sancti, Deus, per  
ómnia sæcula sæculórum.

**PREFACE FOR EASTER**

Vere dignum et justum est, æquum et  
salutare, Te quidem, Dómine, omni  
témpore, sed in hac potíssimum die,  
gloriósius prædicáre, cum Pascha  
nostrum immolátus est Christus. Ipse  
enim verus est Agnus, qui ábstulit  
peccáta mundi. Qui mortem nostram  
moriéndo destrúxit, et vitam  
resurgéndo reparávit. Et ideo cum  
Ángelis et Archángelis, cum Thronis et  
Dóminatió nibus, cumque omni milítia  
cæléstis exércitus, hymnum glóriæ  
tuæ cánimus sine fine dicétes:

**COMMUNICANTES FOR EASTER**

Communicantes, et diem  
sacratíssimum celebrántes  
Resurrectiόνis Dómini nostri Jesu  
Christi secúndum carnem: sed et  
memóriam venerántes, in primis  
gloriósæ semper Vírginis Mariæ,  
Genetrícis ejúsdem Dei et Dómini

commanded you: and behold I am  
with you all days, even to the  
consummation of the world.

This day shall be for a memorial to  
you: alleluia: and you shall keep it a  
feast to the Lord in your generations  
with an everlasting observance,  
alleluia, alleluia, alleluia.

In Thy forgiving mercy, O Lord we  
pray, accept the sacrifice which we  
offer, to atone for the sins of those  
who are born anew and to hasten the  
giving of thy heavenly help. Through  
our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who  
lives and reigns with Thee in the unity  
of the Holy Spirit, God, forever and  
ever.

It is truly meet and just, right and for  
our salvation, at all times to praise  
Thee, O Lord, but more gloriously  
especially at this time above others  
when Christ our Pasch was sacrificed.  
For He is the true Lamb Who hath  
taken away the sins of the world: Who  
by dying hath destroyed our death:  
and by rising again hath restored us to  
life. And therefore with Angels and  
Archangels, with Thrones and  
Dominations, and with all the hosts of  
the heavenly army, we sing the hymn  
of Thy glory, evermore saying:  
Through our Lord Jesus Christ, Thy  
Son, Who lives and reigns with Thee  
in the unity of the Holy Spirit, God,  
forever and ever.

Communicating, and keeping the most  
holy day of the Resurrection of our  
Lord Jesus Christ according to the  
flesh and also reverencing the  
memory, first, of the glorious Mary,  
ever Virgin, Mother of the same our  
God and Lord Jesus Christ: as also of